



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Aulas Canisius quàm fugeret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*Aulas quam
Canisius fu-
geret.*

Multa autem, dum hæc tractat, perpetienda indigna, exhaurienda acerba fuere : quæ suscepit ille, & exhausit eo animo, vt existimaret causam agi communem societatis totius, atq; eiusmodi, pro qua rectè caput ipsum in discrimen daretur. Vix enim dici potest, Vir sapientissimus quãtam ab Aulis perniciem nostro Ordini formidaret. Itaque ad Præpositum Euerardũ multa sæpe in hanc sententiam grauiter, & illa præ ceteris scripsit. Res ipsa docuit, & confirmauit meam iam antè conceptam sententiam, nimirum valdè cauendum hoc esse nouum tentationis genus, quod nostris hominibus magis, magisq; paratur ab his, qui cū societatis Patroni, & amici videri volunt, quosdã è nostris in suas familias, & aulas deducere, & nescio ad quam seruitutem tacitè redigere, ipsisque delinitis, & inescatis paulatim imperare velle videntur. At re vera, vt breuiter dicam, si nostri paulò diutius apud seculares istos, aulicosq; versentur, vt nunc res nobilium apud Germanos potissimum comparatæ sunt, plus in seipsis detrimenti, quam in aliis spiritualis commodi experientur : & vix effugient, quin vel inuiti subindè peccatis communicent alienis in hac communi homi-

*Et Velle à So-
cietate vitari.*